SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter
Jahr: 1741
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN369546628
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546628
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628

LOG Id: LOG_0162
LOG Titel: Caput Trigesimum. Novella Rubra. Daun Baru Mera. - XXX. Hooftstuk. De roode Nieuwblad-Boom
LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT TRIGESIMUM.

Novella Rubra. Daun Baru Mera.

TErtia *Daun Baru* ſpecies forma convenit cum vulgari, ſed ejus truncus non ita externe albicat, magisque ruffus eſt, viridibus nigrisque maculis notatus. Ejus folia ſunt minora quam vulgaris, ad oras leviter ſerrata, ſeptem quoque nervis donata, qui in inferiore parte rubent, uti quoque pedunculi & ramuli ſuperne rubent, inferne vero virides & rugoſiores ſunt quam vulgaris, venarumque rubedo in vetuſtis ſenſim diſparet foliis.

Flos minor eſt quam vulgaris: matutino apertus tempore, quum campanam refert, coloris vero eſt flaveſcentis, in fundo interne ſanguineus, ſub veſperam ſeſe iterum claudit, totusque flos rubeſcit vel purpuraſcit, ſtriis tamen flavis interpoſitis. Fructus ſunt uti in vulgari.

Lignum eſt album, durius, & ſolidius vulgari, ejus cor ſeu medulla ſenſim quoque ruffeſcit. Cortex mucoſior eſt quam in vulgari, viſcoſumque exſtillat ſuccum, ſi incidatur.

Radices ſunt longæ, ſimplices, binos circiter digitos craſſæ, quæ raras emittunt fibras, atque interne ruffum itidem cor ſeu medullam habent.

Nomen. Latine *Novella Rubra.* Malaice *Daun Baru Mera.* Amboinice *Haru Cou.*

Locus. Hæc ſpecies rariſſime occurrit tam in litore quam in vallibus frigidiuſculis, uti in illis *Waytombo* vallibus, in *Laba* & *Hitoe*, circa rivulum *Wayalla*, in diſtrictu Kaytetto.

Uſus. Lignum & folia vulgo uſurpari poſſunt uti aliarum *Baru* ſpecierum, peculiariter autem hujus arboris radices & lignum virtutem poſſident refrigerantem præ cæteris Baru, unde in aqua contrita propinantur accedente febrium ardore, cui potioni ſubſequitur lenis ſudor, qui magnum adfert levamen, eundem in finem hæc quoque folia conteruntur, quæ imponuntur pectori & fronti.

Quum anno 1678 in Banda ardentes febres vehementer graſſarentur, in magno ibi pretio erat quoddam lignum *Caju Dingin*, h. e. lignum refrigerans dictum, quod quotidie cum ſucceſſu adhibebatur pro refrigerio in iſtis febribus, quum vero ibi non magna occurreret copia, ex Amboina illud petierunt, cujus parva fruſta pro ſpecimine nobis transmittebant, quæ erant alba, ſolida, & levia: Habita adcurata inquiſitione non aliter judicare potuimus, quin eſſet hujus *Novellæ rubræ*, cujus quædam etiam fruſta ibi transmiſimus, quum vero nunquam mihi folia & flores Bandenſis *Caju Dingin* transmiſſa fuerint, res ac concluſio in incerto hæret, inque medio relinquitur.

In *Hort. Malab. tom.* 1. *Fig.* 30. *pag.* 53. Novella hæc Malabarice denominari videtur *Pariti*, ac Bracmanis *Cari Capuſi*, folia enim ibi minora dicuntur vulgaris, ad oras tenuiter ſerrata, inferne plurimis coſtis donata & lanuginoſa.

De ejus virtutibus Bracmani nihil notarunt, niſi quod flores cum femineo lacte conterantur, illudque auribus inſtillatum Cephalalgiam ſedaret.

OBSERVATIO.

Varietas hæc tantum videtur primæ *Baru* ſpeciei, unde neque figura a *Rumphio* addita eſt, eademque huic Synonyma competere videntur. quæ in *Commel. Fl. Malab. p.* 2. porro recenſentur. vide *H. Malabaricum. l. c. Breynium*, & *Plukn. Almag. p.* 17.

XXX. HOOFTSTUK

De roode Nieuwblad-Boom.

DE *derde zoorte van* Daun Baru *komt aan gedaante met de gemeene overeen, den ſtam is van buiten zo wit niet, maar zomtyds licht-ros, met ſwart en groen geplekt. De bladeren zyn wat kleinder, dan aan de gemeene, aan de kanten fyn gezaagt, ook met zeven zenuwen in de ronte verſpreid, die van onderen rood zyn: gelyk ook de ſteel en ryskens van boven, maar van onderen regt groen, en ruiger dan de gemeene, en de roodigheid der aderen vergaat ook wat in de oude bladeren.*

De bloem is wat kleinder als van de gemeene: Des morgens opgaande vertoondze regt een klokje, van verwe ligt-geel, op den grond van binnen bloet-rood, tegens den avond trektze weer wat t'zamen, en de geheele bloeme werd ligtrood, of wat paars, echter met geele ſtreepen tuſſchen beiden. De vruchten zyn als aan 't gemeene.

Het hout is wit, digter, en wat harder, dan aan 't gemeene, het hert werd ook metter tyd graauw: Den baſt is wat ſlymeriger als aan de gemeene, met een kleverig ſlym, als men daar in kapt.

De wortelen zyn lank, eenparig, omtrent twee vingers dik, daar weinig vazelingen afhangen, van binnen met een ros hert.

Naam. *In 't Latyn* Novella Rubra. *Op Maleyts* Daun Baru Mera. *Op Amboins* Haru Cou.

Plaats. *Deze zoorte werd zeer zelden en weinig gevonden, zo op ſtrand, als in koele valeyen, gelyk in de valeyen van de* Waytombo, *in de* Laha, *en op* Hitoe, *omtrent het riviertje* Wayalla *in het diſtrikt van Kaytetto.*

Gebruik. *Het hout en de bladeren kan men gebruiken in 't gemeen, gelyk andere Baru, maar inzonderheid zyn de wortelen, en het hout van dezen boom begaaft met een verkoelende kragt, boven andere Baru, daarom wordenze in water gevreeven en gedronken by het aankomen van de hitte in de koortzen, waar op men zagtelyk begint te ſweeten, en groote verligting gevoelt. Tot den zelfden einde vryft men ook de bladeren, en ſmeert dezelve op de borſt en het voorhooft.*

Als Anno 1678. *In Banda de heete koortzen geweldig regeerden, was aldaar in een groot geroep en agting zeeker hout* Caju Dingin *genaamt, dat is, koel-hout, om dat het dagelyks gebruikt wierd tot verkoeling in die koortzen, en dewyl het aldaar in geen overvloed te vinden was, hebben zy het ook uit Amboina gevordert, eenige kleine ſtukjes ons tot een monſtertje toezendende, zynde een wit, digt, en ligt hout. Wy hebben na naarſtig onderzoek niet anders oordeelen konnen, of het is deze* Novella Rubra, *waar van wy hun ook eenige ſtukken toegezonden hebben, evenwel, om dat men ons noit de bladeren en bloemen van het Bandaaſche* Caju dingin *getoont heeft: zo blyft het eindelyke beſluit hier over nog wat opgeſchort.*

In Horto Malab. tom 1. Fig. 30. pag. 53. *ſchynt deze Novella in 't Malabaars genoemt te werden* Pariti, *in 't Braminees* Cari Capuſi, *want de bladeren werden aldaar geſtelt kleinder dan aan de gemeene, aan de kanten fyn gezaagt, van onderen zeer geribt, en wolachtig.*

Van zyne kragten hebben de Braminees anders niet opgegeven, als dat de bloemen, met vrouwen-melk gevreven, en in de ooren gedruipt, de hooft-pyn ſtillen zullen.

AANMERKING.

Dit ſchynt maar een verandering te zyn van de eerſte zoort van de *Baru*, waarom ook van *Rumphius* by dit Hooftſtuk geen afbeelding gedaan is, welke in de *Hortus Malabaricus* op de aangehaalde plaats gevonden wert, en hier toe behooren die benamingen die by Commelin in de *Flora Malabar. p.* 2. by *Breynius* en *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 17. gevonden werden.